

inters Xeriphia conduntur. Tandem vale. Scribo inter
tubas ac Tormenta, castrensi, ut vides, facundia, neque
librorum opes, uti par sit ad vos, qui libri estis, suppleta.
in Castris ad Gennepan. Offella. III. Iuli. ibid.

Bannio.

Amplissime Banni.

(311)

Si vales, male est quod promissa non impleas, aut Mersennus
saltem pacando quid me dicere porro aut facere oporteat,
indicare cessas. De Monochordio enim, cuius ad me
spes attinet, passum aequie ac tu silere, qui cum
sponte id pollicitus sis, par est ab invito me extorquem.
Musice compendium qualecumque mihi ob Mersennum
per me Mersennus debes, et propter te, utriusque. Vide
quam fiducia nemini de tuis satisfacis, quo colore
mea enim pridem hic facundia defecit. Plane tibi
docei libros ex ipsa Gallia commodato missos puta
ut memineris tu quoque doni tui. Agnosces castrensi
in autore parem conditioni modestiam, utramque
non vulgarem, de sententiis quas tuetur passim
a vulgo remotas, tuam aliquando videre gestio.
Vale. Offella in Castris ad Gennepan. Postid: Id:
Sextil: CIOCCXLI.

ditissimus promissis Banni.

C. Huygenius.

Ewendelino.

Quam per me non steterit, Ewendeline clarissime, quod
voti te, per alium implendi, hactenus compotem non
facio, indicabit adscriptus dies epistolae, quam vides,
Clarissimi Golij, cuius ad te sine capite calcem mitto.
quia solum ad te nunc spectantem. et dabitur, ni
fallor occasio propediem, quam visurus totam sis
in argumento longe ab hac alieno, doctissime
versantem. Impresensiarum ei per παρρησιον εχου
qui rescribere distuli, donec suppeteret quo legendi
nostrae tadium lenares. Missas hanc praeterita facia
mus, et recipe ab eodem Golio tandem, doctum, disertum
candidumque ut scriptor est, ad vna interrogata
responsurum. Mihi vero si quid harum porro man
datum velis, eadem libertate injungito, quam te vel
Pateano, vel si quis illo magis εὐτιμος aut intimus
amicorum

(312)

amicorum